



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

19. Dies Novemb. Væ tali amori tuo, si vel suspicaris aliquid pulchriùs,
quàm est ille, à quo omne pulchru[m]. S. Aug. in ps. 43.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Novemb.

Tessera.

923

nitate. Sit pro clausula, illa divisa D. Augustini sententia, (a) *Pudeat cùm alia non amentur, nisi qui bona sunt, eis inherendo, non amare bonum ipsum unde bona sunt.*

19. DIES NOVEMB.

Væ tali amori tuo, si vel suspicaris aliquid pulchriùs, quām est ille, à quo omne pulchrū. S. Aug. in ps. 43.

Pulchri. I.
tudo Dei.

Magna ad amorem est illecebra, formosi vultus elegan-
tia; trahit ad se oculos, ra-
pit animos, totum occupat
in sui contemplatione hominem. Hinc quidam ad-
ducti sunt, non modò ad amorem cordis, sed furo-
rem mentis. Sed quid est omnis pulchritudo creata,
ad incretam, nisi quod est nihil ad omnia? Fin-
ge pulchritudinem unius Angeli roties majorem
quos sunt atomi in aëre, & singulos Angelos eadem
pulchritudine præditos: & cum sint millia millium,
leu penè non sit numerus eorum, tota hanc pulchri-
tudinem congloba in unam solam: turpis & defor-
mis esset præ pulchritudine Dei. O cor meum, quo
modo non te evellis post tantum decorē, & ardes ad
immensam illam lucem? verè dixit Nazianzenus: (b)
Deus & pulchritudo omnis est, & super omnem pulchri-
tudinem. Hanc incomparabilem pulchritudinem, ut
saltem quasi per umbram intelligatis, conducet acer-
rima mentis acie contemplari pulchritudinem, quam
animæ confert gratia Dei. De ea sic D. Augustinus:
(c) *Naturam humanam in rebus creatis excellentissimam*, cùm à suo creatore ab impietate sanctificatur,

à de-

(a) L. 8. de Trin. c. 3. (b) Orat. 1. (c) l. 15. de Trin. c. 8.

924 Christiani Militis Novem
à deformi forma: formosam ait, in formosam transfe-
Qualis verò, ac quanta ea sit, non est mortalis on-
exponere. Nam si nativa animæ pulchritudo, et
sine gratiæ venustate, formositatem ingenitam on-
nium corporum, ac pretium transcendat, quid epi-
ductus à gratia decor, cui absque ulla comparatio
venustas animæ nativæ nativa longius concedit,
quam huic nativæ venustati, elegantia naturæ cupi-
vis corporeæ.

II. Eam quidem affirmat Blosius, esse anima-
ciem nullo peccati nævo maculata, ut si posset oculis
videre, tanta ea videretur, ut esset admiratione, &
gaudio alienatura mentes intuentum. B. verò Cath-
rinæ Senensi, cùm eandem patefecisset Deus, lambi-
bat osculis eorum vestigia, quia conciliandis cum Deo
hominibus, suam operam navarent, & extra e polin
impósque alterius cogitationis: Ah vidisse Patrem,
(ajebat suo Confessario) quæ sit animæ pulchritudo,
gratiâ ornata, profectò vel unius caula, mille montes
oppeteres. Ipse Christus hâc tantâ sanctarum men-
tium specie, in terras pellectus B. Brigittam edocuit,
fore, ut si eam cerneret, præ animi gaudio, quasi vis
patre solveretur, concideretque exanimis. Et quid
hæc unius animæ de gratia nara venustas, cùm Dei
immensa pulchritudine collata? Sed quid nos va-
pertiliones, de hac pulchritudine caligantibus, &
tantum non cæcis oculis videre poterimus? Profectò
Dei pulchritudo, Deus ipse est. O quanta debet esse
illa pulchritudo, pulchrorum omnium origo, cuius
solus aspectus, salus est omnium aspicientium, cuius
unus intuitus tollit omnem miseriam, confert immé-
sam lætitiam, adfert omnem fœlicitatem, & supremam
beatitudinem.

ovemb.
transfem
ortalis on
do, etiam
nitam
quid qu
parame
conced
cura cup
nima sp
offer ocul
tatione, &
erò Cath
s, Jamie
s cum Den
a se podi
sles Patet,
chritudo,
llementes
cummen
edocuit,
quali res
Et quid
cum Dei
nos ve
bus, &
Profecio
debet esse
o, cuius
n, cuius
timme
suprem
beat

Novemb. **Tessera.** 925
beatitudinem. Illa pulchritudo omnium oculis ob-
jecta, est tota pro qua laboramus, merces, pro qua
pugnamus, corona: pro quo currimus, bravium; ad
quem tendimus, portus: quod expectamus, præ-
mium, quam speramus fœlicitas; quam optamus,
salus, ad quem denique conditi sumus, finis.

III. Quapropter non ita mirandum, si in hoc
tanti decoris aspectu, perpetuò summa hominum &
Angelorum consistat beatitudo, cùm nihil excellen-
tius oculis objici possit, nihil est, quod eorum affe-
ctum potentiū rapere posset, & inflammare; nihil
desiderium eorum adimplere; nihil animæ capacita-
tem potens explere. Nulla est in rebus creatis pul-
chritudo, quæ, si assidue inspiciatur, non sensim no-
bis vilescat: sed Dei pulchritudo per omnem æterni-
tatem, semper nova, semper admirabilis, semper ama-
bilis, judicabitur. O quale spectaculum, quod Ange-
linnum, jam per tot annorum myriades viderunt
& nondum potuerunt saturari, itemq; visuri sunt in
perpetuum sine ullo fastidio. Semper in eo erit nova
æternitas, & æterna novitas. O quale spectaculum,
cujus visione privari, æterna est damnatio. Inter
daminato si tam Dæmonum, quām hominum pœ-
nas, hæc censetur maxima: bono enim spoliat infinito.
Quid si sanctis dum aspiciunt cœlum, fordeat ter-
ra, qualis erit utriusque contemptus, dum videbunt
illum, qui creavit cœlum & terram? Experta loqua-
tur dilecta Deo S. Theresia, cui cùm sui alpestrū Do-
minus sàpè indulserit, quid inde retulerit utilitatis, i-
ta enarrat: (a) Postquam inexplicabilem Domini pul-
chritudinem aspexi, neminem omnino vidi, qui cum illo
collauis, pulcher videretur, vel menaoriam meam occu-
(a) *Vit. c. 37.* patam

926 *Christiani Militis* Novem
patam teneret; ita enim quoad hoc jam redditus sumis-
ra, ut cum velsolum mentis, & considerationis oculi
imaginem, quam animo insculptam gero, coniicio, ex
tempore, cuncta quæ video, mihi abominabili, & glo-
dio esse videntur. Et alibi: (a) Omnia rerum infor-
rum contemptus, ac fastidii, quod in me permanens, p-
magnum erat, adeò ut illi non nisi sordes, & peripse-
se viderentur, & ad oculum videam, quam absit
vriter nos occupemus, cum illis inhæreamus, vere:
Hic quidquid pulchrum, non est nisi putre sepulchrum.

20. DIES NOVEMBER.

Væ animæ audaci, quæ speravit, si à te recessisset, &
aliquid melius habituram. *S. Augustinus Tract. in Joan.*

Deus a-
mandus
solus.

I.
Quasi vero detur aliquid me-
lius optimo? detur aliquid
majus maximo? detur al-
iquid altius altissimo? detur
aliquid plus quam omnia? detur aliquid amplius
quam totum? Id opinari, melius aliquid dari in
mo Bono, non tam tam est summam audacia, sed tam
ma malitia. Quapropter, tibi ipse es plus quam ni-
quus, si ames bona, quæ te non possunt amare, dicit
homines, qui possunt te non amare; & licet ament,
tu potes dubitare, an te ament & possent illi definere
te amare. An non tibi melius, quia utilius, & delecta-
bilius amare illum, qui solus est amabilis? vel si finita
iniquitas, qui quantum potuit amat, & infinitè amat,
& qui nequit non te amare si ames, & qui te amando
redit cœlo, & terræ, hominibus, & Angelis amabi-
(a) c.38.